

thecam super quibusdam bonis debitoris, & deinde generalis super vniuersis, vt ex eius litera patet, quasi eo casu generalis hypotheca sit in subsidium specialis: non vero loquitur e conuerso, vbi precessit generalis hypotheca, & subsequitur specialis, vt in nostra specie contingit; Ergo in ea non procedit nec locum habet dispositio d. l. 2. sed tantum in priori, in quo loquitur, a quo non est extrahenda, vt voluit gl. ibi verb. accepisti, quam sequuntur Petr. de Bellaper. Alb. & Angel. & voluit etiam Cremen. d. sing. 53. dicens, in casu d. l. 2. generalem obligationem non esse conditionalem & subsidiariam casu, quo res specialiter hypothecata pro debiti solutione non sufficiat, inferens inde huiusmodi obligationem generalem superadditam speciali, minus vtilem tunc esse, quam si absolute esset generalis, quod suadere videtur tex. in d. l. 2. in illis verbis, quamuis constet, specialiter quadam & vniuersa bona generaliter aduersarium tuum pignori accepisse, &c.

Non inquam hoc primum fundamentum videtur obesse; quoniam id quidem iure non procedit; Siquidem d. l. 2. dispositio locum habet, siue prior creditor habeat primo speciale hypothecam, & postea generalem, siue enim casu militat eadem ratio ac summa illa equitas; qua d. l. 2. fundatur, vt praxidimus: Quid enim interest illi scriptura, & verborum ordini, cum ex eo non mutetur rei substantia; nihil profecto ac proinde aduersus priorem hanc sententiam, tanquam veriore, sequitur & probat optimis rationibus Salyc. vlt. q. & Fulgof. in d. l. 2. & Ant. de Fan. d. nu. 51. in vers. & pro ampliatione, & Did. Con. d. c. 18. nu. 2. vers. quatio adnotandum erit, alios allegans, & decisi. Pedemont. vbi supra, nu. 6. atq. D. Molin. de Hispan. primog. lib. 4. c. 7. nu. 21. est q. recepta sententia secundum Rol. a Vall. d. conf. 36. n. 7.

Non obstat q. d. l. 2. fit exorbitans ac proinde non extendenda; quia etiam in correctoriis ex identitate rationis scripta & expressa fit extensio ad alium casum, in quo eadem viget ratio; Data enim identitate rationis & eiusdem mentis, non dicitur esse extensio, sed comprehensio vt in l. no minus & res, s. verbum ex leg. ff. de verb. signif. & ita communiter concluditur secund. Paul. Paris. conf. 16. colum. 3. & 4. volum. 3. prout eum refert & sequitur late probans & alios allegans Roland. a Valle conf. 27. nu. 6. & 7. lib. 1. & vbi dispositio correctoria fauorabilis est, extensio conceditur secund. Ios. in authent. quas adiones, nu. 24. C. de sacrosan. Eccl. Rip. in l. si constanter, nu. 71. ff. solut. mat. & ibi Joan. Croi. in l. l. 1. l. 1. n. 47. & in repet. n. 37. Menoc. de adipis. posses. remed. 4. n. 41.

Hinc eadem ratione d. l. 2. dispositio procedit & obtinet, siue posterior creditor habeat generalem tantum hypothecam, siue speciale tantum, vel speciale & generalem simul secund. Bart. in d. l. 2. & Salyc. in d. l. qui generaliter, Rip. in d. l. privilegia, num. 20. Paris. d. l. conf. 50. numer. 34. lib. 1. Anton. de Fan. de pignor. 8. part. membr. 1. num. 20. ibi temperando, & Did. Couar. vbi supra, num. 2. vers. 3. Octavian. d. l. dec. 158. numer. 6. probat late Roland. a Vall. d. l. conf. 36. numer. 5. & sequenti. lib. 4. D. Molin. vbi supra, d. l. 2. n. 1. tametsi glo. in d. l. 2. ver. accepisti, Bald. & Salycet. ibidem, & Socin. consil. 198. colum. 2. & vltim. lib. 2. & Paris. consil. 50. num. 31. lib. 1. sentiant d. l. 2. tantum locum habere, vbi secundus creditor haberet hypothecam specialem in ea te, quam defendere vult a priori creditore: hoc tamen alienum est a prad vera illius ratione, vt ex predictis constat. Eadem duas opiniones contrarias refert & primam videtur tenere cum Cou. nouissime Ioan. Bap. Asin. de tract. de exsequit. s. 7. c. 5. per totum.

Inferitur & etiam ex eisdem, parum aut nihil referre (quod etiam vidua obiebat) sitne traditum pignus vel non priori aut posteriori creditori; in vtroque enim

casu ex identitate rationis admittenda erit decisio d. l. 2. vt tenet glo. in l. ibi, quam omnes Dd. in proprio loco expresso vel tacite probant, demto Fulgof. secund. Couar. vbi supra, nu. 2. in princip. vbi id latius prosequitur; sicque procedit, siue debitor possideat bona hypothecata, siue primus creditor vt vel alia extranea persona; adhuc enim eadem est ratio; Ergo eadem esse debet iuris dispositio, argum. l. illud, cum similib. ff. ad l. Aquil. vt tenet gl. su. pradicta & Iacob. Butric. Cyn. Bart. Bald. & Salycet. in d. l. 2. quos refert & sequitur Negus. d. l. 2. n. 51. in vers. utem d. l. 2.

Tertio q. dicitur idem esse, etiam si prior creditor in re specialiter sibi obligata tantum habeat specialem hypothecam, in aliis vero rebus generalem; Eadem siquidem ratio hac in specie concurrit, quae in casu d. l. 2. nepe cum hypotheca generalis est in vniuersis bonis debitoris, tam in re illa specialiter obligata priori creditori, quam in reliquis, vt colligi potest ex Salyc. in d. l. 2. in fine, cuius sententiam in hoc cum iudicio contra alios, quos refert, probauit D. Couar. vbi supra, nu. 3. vers. nono.

Diuersum erit, q. vbi prior creditor agit contra tertium extraneum rei generali hypotheca comprehendit possessorem, qui eiusdem debitoris creditor non sit; Et enim cum in hac specie creditor non sit necius pignoris habeat, minime poterit beneficio d. l. 2. gaudere, ac proinde priorem creditorem sic contra eum agentem excludere ab actione hypothecaria, eo quod prius non egerit ad rem sibi specialiter obligatam, quae debiti satisfactio erat sufficiens. Dicta namq. l. 2. statuta est, vt praxidimus, in fauorem posteriorum creditorum, & ideo minime prodest extraneo possessori, sed tm posterioribus creditoribus, vt tenent comuniter Dd. in d. l. 2. & cum eis D. Cou. vbi supra, nu. 2. in vers. 5. vbi etiam in idem refert Ant. de Fan. in vtroque loco sup. citato Socin. & Paris. vbi supra, sequitur etiam D. Molin. vbi supra, nu. 22. Quamuis tm in hac specie necessarium sit, praecedere exclusionem in bonis principalis debitoris, vt sup. probauimus, secus tm esset, si creditor ageret hypothecaria actione aduersus debitorem ipsum vel aliquem ex eius hereditibus possidentem aliq. rem ex comprehensis in generali obligatione, quia tunc non requiritur exclusio in re specialiter obligata, vt probat D. Couar. vbi supra, vers. 6. addeus, hoc in casu in solidum agere posse creditorem aduersus possessorem prad. rei, vt in l. creditoris, ff. de distract. pignor.

Similiter q. diuersa ratio a casu d. l. 2. erit, quoties prior creditor habeat generalem tm hypothecam, ampliore tm quam posteriori, quia res quasdam continet quae ex aliqua causa non fuerint sub priori hypotheca comprehensa, ac proinde hac in specie non habebit locum decisio d. l. 2. vt probant Corn. conf. 247. lib. 1. col. pen. & conf. 75. nu. 14. lib. 4. & Ant. de Fan. d. nu. 51. in vers. sed dubitatur, & late D. Couar. d. n. 2. vers. 7. & D. Molin. vbi supra, num. 28. quia hypotheca specialis magis afficit rem, quam generalis, ideoque nimirum, si illa, priusquam deueniat ad generalem hypothecam, exercenda sit: nec tunc temporis generalis hypotheca videtur constituta in subsidium specialis, vt bene probat D. Couar. vbi supra d. vers. septimo, ex quib. satis fit rationi contraria supra adducta.

Non obstat q. vidua in sui fauorem adduxit, nepe, constitutio d. l. 2. non esse locum, qm prior creditor hypothecam habeat ex causa dotis, prout ipsa habet, quasi speciale hoc casu q. de sit fauore dotis. Sicut q. d. a. i. then hoc si debitor, C. de pign. & d. l. partia supra citat. fauore dotis non procedunt, sicque in dotali hypotheca non est necessarium, praecedere exclusionem, quae alias requiritur secundum Bald. Nouel. in tractat. de dot. in 8. p. priu. pen. post Rom. in d. l. si constate, in pr. ff. solut. matri super

SVMARIA.

per 3. p. Bart. 2. q. hoc siquidem vtrum q. verum non est, quoniam lex generaliter loquens comprehendit etiam personas priuilegiatas, vt in l. in fraudem, s. si. vers. honorum, ff. de milir. testam. Ergo decisio d. l. 2. procedit etiam, vbi prior creditor hypothecam habeat ex dotis causa, vt verius senserunt Bald. ibi & Roman. consil. 87. Rip. in d. l. privilegia, n. 19. & probat bene Did. Cou. vbi supra, nu. 3. vers. 8. vbi inquit; Ita in causa magni momenti factis controuersa in Regio pratorio Granaten. concordio iudicium suffragio semel atq. iterum pronuntiatum fuisse, nec non & dispositio tex. in d. authent. hoc si debitor, cum similib. itidem procedit in hypotheca dotali, in qua eadem exclusio requiritur, de qua in illis iuribus iuxta gl. in l. vbi ad hoc, vers. qui non potiora iura, C. de iur. dot. & vbi Cyn. 11. q. Bald. nu. 44. & alii, praecipue Salyc. q. 12. n. 13. vbi dicit communem, sequitur Bart. in d. l. si constante, in princ. nu. 72. & ibi Alex. nu. 22. & asserit esse magis communem Ias. ibi nu. 200. & num. 208. inquit ab hac in iudicando non esse recedendum, & ibi dicit communem Curt. ibi nu. 134. lectur. 2. & Bald. Nouel. vbi supra, num. 2. & latius agens Palat. Rub. in repet. c. per vestras, s. 34. amp. 13. nu. 1. de don. inter vir. & vxor. Ant. de Fan. de pig. 8. p. princ. 1. memb. nu. 23. sequitur Ioan. Camp. de dote, 3. p. q. 46. nu. 1. dicit etiam communem Greg. Lop. in l. 4. tit. 13. p. 5. m. gl. penul. & plures referens Roland. a Vall. consil. 9. n. 5. & 6. lib. 1. & procedit hae communis sententia tm non solum iure Caesareo, sed etiam canonico, & in foro Ecclesiastico, cum nulla in hac specie inter vtrumq. ius reperitur differentia. et si Palat. Rub. vbi supra, dubitet, an eadem communis Bar. opinio iure Pontificio admittenda sit secund. D. Cou. vbi supra, n. 3. in vers. imo licet, &c.

Nihilominus tamen in lite praefata, his non obstantibus, pro vidua iudicandum esse firmiter teneo ac censeo, quia licet suprad. omnia nobis tradita atq. resoluta contra ipsam, & in fauorem rei conuenti & sic leuandi creditoris vera sint ac iure procedant, prout re vera sunt: in nostro tamen casu alia ratione diuersum est dicendum, nempe, propter illam clausulam instrumenti dotalis adiectam, scilicet, ita tamen quod specialis hypotheca generali non derogat & e conuerso. Hae namq. clausula hunc intellectum admittit, vt specialis hypotheca non impediatur aliquo modo vsum generalis ac si ea minime fuisset adiecta, & sic, quod tunc temporis non habeat locum dispositio d. l. 2. vt voluit, quamuis satis intricate Cassaneus in Catalog. gloria mundi, 12. p. confid. 99. in vers. pro 25. limit. aduerte, & Paris. conf. 103. nu. 3. & seq. lib. 3. sequitur Cou. vbi supra, nu. 3. vers. decimo fortassis, & Octau. etiam vbi supra, num. 7. dicens, ita censuisse Senatam illum Pedemont. in simili causa & lite in eo ventilata, & Roland. a Vall. d. conf. 36. nu. 8. cum seq. lib. 4. dicens, quod ita pro firmo teneatur, & Vinc. de Franch. dec. 5. Neapol. nu. 1. & 2. dicens, ita fuisse decifum ad relationem magnae curiae, & Asti. vbi supra, c. 6. reuelens c. 7. cum Cassan. conf. 103. cum seq. idem esse, quando instrumentum in ampla forma camerae celebratum est.

Secundum fundamentum partis contrariae non obest, quoniam probatum est in processu, debitorem principalem notorie non esse soluendum, quia nulla alia bona reliquit, quam ea, de quibus agimus: & sic non est necessaria exclusio iuxta gl. in l. si. gl. magn. in princ. ff. si ce. i. per. quam ibi sequitur Bart. n. 1. vbi eius additio dicit communem, & ad hoc semper allegatur gl. illa secund. Paul. Cast. vbi n. 5. est communis secund. Ias. ibi nu. 10. sequitur plures referens Ant. de Fan. de pig. 8. p. princ. 1. memb. nu. 14. loquens in specie d. authent. hoc si debitor, dicit communem Montal. in l. 7. tit. 19. lib. 3. for. similib. gl. in d. l. decem, gl. fin. ff. de verb. oblig. est communis, vt plures referens dicit D. Molin. de Hispan. primo. lib. 4. c. 8. n. 39. & ita respondet simili obiectioni Matth. de Asti. dec. Neap. 318. nu. 3.

- 1 Diffamatis ex l. diffamari, C. de ing. manumiss. competit auxilium in eum effectum, vt a iudice cogantur diffamantes intra certum diem actionem vel ius quod habent, in iudicium deducere, adiecta comminatione, de qua hie, requiritur tamen, vt tunc saltem summarie de diffamatione constet, alias iniquissime se habebit iudex, vt in nu. 2.
- 2 Remedium l. si contendat, ff. de fideiuss. competit, quando principaliter petitur pronuntiar super aliqua exceptione, competente ad exclusionem iuris actoris, diffamatio tamen hoc casu non requiritur, in n. 4.
- 3 Remedium d. l. diffamari, nedum procedit in diffamatione ingenuorum, sed etiam in alia cuiuscunque generis.
- 4 Qui vocant in iudicium, dicuntur actores.
- 5 Vientem remedio d. l. diffamari, quoad primam petitionem esse actorem.
- 6 Vientem remedio d. l. diffamari, debere sequi forum diffamantis, sed contrarium verius & receptius, vt in num. 10. cum seq.
- 7 Reductio sententia arbitraria ad arbitrium boni viri coram quo iudice petenda sit, & nu. 24.
- 8 Causa naturalis potius attendenda est, quam accidentalis.
- 9 Inspecia causa originis diffamatus dicitur reus.
- 10 Ad iudicandum quem esse actorem vel reum, quid sit attendendum, vel non?
- 11 Vbi quis potest ponere exceptiones, ibi potest intentare actionem.
- 12 Libertus prouocans ad iudicium, an dicitur actor vel reus.
- 13 In casu d. l. diffamari, limitatur regula l. vnic. C. ut nemo inuit. ager. vel accusar.
- 14 Ordinarius iudex dicitur, qui est iudex conuenti, & sic sub quo reus sortitur forum, vel ratione personae, vel ipsius rei, de qua queritur.
- 15 Remedium d. l. diffamari, potest intentari sine scrupulo coram iudice diffamantis res, super quibus diffamans iactauit se ius habere, sint in diuisione iudicis diffamati.
- 16 Diffamans dicitur primum, qui ad iudicium vocant, cum diffamare sit ad iudicium prouocare.
- 17 Diffamans licet respectu prouocationis certo modo dicatur actor, id tamen est large & improprie nec considerabile, sicut ille, qui excipit, dicitur large agere.
- 18 Reus licet officiat actor per accidens, vt quia prius conparet & petit actori perpetuum silentium imponi, non propterea efficitur actor, sed habet praerogatiuas rei.
- 19 An quis dicatur actor vel reus, cognoscitur ex actis successibus & perseverantia in iudicio.
- 20 Dispositio d. l. si contendat, ff. de fideiuss. locum habet in quocumque reo habente exceptiones peremptorias.

CONSILIVM LI.

Ita vertente super remedio l. diffamari, C. de ingen. manumiss. & l. si contendat, ff. de fideiuss. coram quo iudice proponendum sit, an coram iudice diffamantis, vel diffamati, illa in primis pre oculis habenda est differentia inter prad. l. quod ex d. l. diffamari, & l. 4. tit. 2. pa. 3. competit auxilium diffamatis in eum effectum, vt a iudice cogantur diffamantes intra certum diem actionem vel ius, quod habent, in iudicium deducere, adiecta comminatione & ea postmodum exsequutioni tradita perpetui silentii imponendi, nisi intra praefinitum diem egerint, quod ibi expresse notant Alberic. Salyc. & Fulg. atq. Bald. nu. 16. Innoc. & ceteri in c. conuentione, de offic. ord. Ant. & Fel. nu. 16. in c. accipimus, de si. de instrum. per text. ibi. Idem probatur in c. vit. qui mat. accus. poss. & ibi gl. Et etiam communiter recepta in l. c. ut nem. inuit. ager. vel accu. cogatur, secund. Cou. lib. 1. var. res. lib. 1. in princ. vbi alios allegat, & n. 2. in vers. illud sine, & n. 3. plures referens, quod requiritur, vt prius saltem summarie de diffamatione constet, & iniquissime age-

re iudicem qui hanc monitionem comminationemq; indixerit futuro auctori, nisi prius de præd. diffamacione confiteretur. Sed ex d. l. si contendat, remedium ꝑ competit quando principaliter petitur pronuntiarum super aliqua exceptione, competente ipsi reo ad exclusionem iuris actoris, & illum liberum esse ab ea actione, quæ in ipsum a Titio competierat, aut competere aliquo modo videatur, ut constat ex d. l. si contendat, vbi gl. communis omnium consensu approbata secund. Ant. Gom. 3. tom. var. res. c. 1. n. 20. gl. etiam in l. Aurelius. s. centum. ff. de lib. leg. tex. etiam in l. si pator, C. qui bon. cod. poss. ff. Abb. col. 2. Felin. col. 1. c. si quis contra clericum de foro compe. est communis opinio, ut alios referens testatur D. Couar. vbi s. nu. 3. vbiq; ad hoc vltimum remedium proponendum ex d. l. si contendat, diffamatio non requiritur, ꝑ & vlt. aduocatorum obtentum esse, ut hæc duo simul remedia miscantur ad faciliorem causæ & litis expeditionem, eandem sequitur, probat & dicit communem cum Couar. vbi s. D. Molin. lib. 3. de Hispan. prim. c. 18. n. 31. Ego vero, etsi sepius remedium d. l. diffamari, in praxi deduxerim atq; deductum ab aliis viderim, nusquam tamen commulari hæc duo remedia vidi, quod meminerim.

5 Et procedit ꝑ d. l. diffamari, necdum in diffamacione ingenitorum, in qua vere loquitur, propter frequentiam tunc temporis causarum, libertorum & ingenitorum, sed etiam in diffamacione cuiuscunq; generis, vt latissime probat D. Molin. vbi supra, n. 24. cum seqq. cum communi & vtriori intellectu, quem hucusq; secundum communis practica probauit aduersus Sarm. lib. 1. select. interpres. c. 2. nu. 12. cum precedent. & seqq. qui valde conquirebatur de iurisconsultis, quod legem illâ hucusque male fuerint interpretati: & probatur hic communis intellectus in d. l. 48. ibi: Ca en tales cosas como esta, o en otras cosas semejantes. & c. & ibi Greg. Lop. in gl. alguno, ad. si. sic intelligit atque declarat & inquit Ant. Gom. in 3. tom. var. res. c. 1. n. 18. cum seqq. eam l. habere locum in quacunq; alia causâ ciuili, professus, hanc esse communem opin. allegans plures Dd. eam tenentes & quod sic est intelligenda præd. l. partitæ.

Hoc sic præhabito accedendo ad difficultatem, super qua lis vertitur, hoc est, super d. declinatoria, prima facie videtur dicendum, remedium d. l. diffamari, coram iudice diffamantis necessario proponendum esse, non vero coram iudice diffamati, sicq; declinatoriam a diffamante oppositam iuridicam ꝑ esse ex regula illa generali, quæ habet; Quod illi, qui prouocant ad iudicium, dicuntur actores, vt in l. in tribus, ff. de ind. l. formis, §. accusator, de verb. signif. Bart. in l. libertus, in l. 1. & 2. lect. ff. de inuis. voc. Dec. cons. 45. n. 2. sed actor debet sequi forum rei, vt in c. si clericus laicum, & in c. cum sit generale, de for. compe. & in l. 2. C. de iuris. d. omnium iud. Ergo, & c.

7 Secundo ꝑ quoniam, etsi in causâ principali si diffamans compareat & in iudicio deducat ius suum, iudex diffamati videatur competens, quia tunc ipse est originarius reus: nihilominus tamen saltem quoad hoc iudicium preparatorium d. l. diffamari, vt assignatur terminus, intra quem actor ius suum deducat sub impositione perpetui silentii, diffamantis iudex competens esse videtur, non vero diffamati; negari enim non potest, quin tunc quoad hoc ad minus diffamatus, puocans in iudicio diffamantem actor sit, non vero reus, vt ex Bart. deducitur in d. l. libertus, quem ceteri sequuntur, maxime Paul. Cast. secund. Couar. vbi supra, n. 4. Inquit enim Bart. vt in remedio d. l. diffamari, quoad primam petitionem actorem esse, ac ideo oportere, vt tunc libertus veniam petat a suo patrono in hoc conuento, & tamen quo id reliqua vere reus sit: & ꝑ in terminis hanc opinionem probauit Paul. Cast. in l. criminati, col. 2. in 2. vers. sed quero, extra gl. nu. 3. C. de iuris. d. omn. iud. Dec. cons. 686. in fin. adem Dec. in c. cum inter, nu. 14. de excep. Paris.

in cap. in presentia, n. 19. de probat. Rip. lib. 1. res. c. 8. nu. 7. vers. 4. negatur, & secund. hanc opinio, fuit decisum in Concil. Neapol. secund. Matth. de Affl. dec. 268.

Neque secundum eos obstant Dd. relati per Cagn. in repet. d. l. diffamari, n. 9. & per Natram in clem. sape, de re iud. qui videtur tenuisse contrarium, quia loquuntur in terminis d. l. si contendat, vbi ipse reus confiteretur ius actoris, ꝑ opponit tñ exceptionem excludētē d. ius arg. doct. Bart. in l. si societatem, s. arbitrorum, nu. 19. ff. pro soc. dum inquit, condemnatum ab arbitris volentem reductionem ad arbitrium boni viri petere, id debere petere a iudice, q. de causâ principali ordinario iure cogniturus esset, si compromissum factum non fuisset, eo que casu nullam auctori fieri iniuriam siue iniustitiam, quia illa exceptiones reo cōpetentes essent omnino coram iudice rei tractandæ, quo casu nullum præiudicium cōsiderari potest, quia reus ipse debitum confiteretur, quod si non confiteretur, nulli dubium est, quin per creditorem peti deberet coram iudice rei: Quare cum actor releuetur ab onere probandi suum creditum ex confessione creditoris, cōueniens est, vt in alio grauetur, nempe, vt cōpareat coram iudice rei: quam doctrinam Bar. sequuntur Abb. & Dd. per tex. ibi in c. expostio, de arbit. estq; communis & in praxi recepta, vt cum Molin. & aliis eam sequutus testatur D. Couar. d. cap. 18. nu. 5. vers. adducitur his ommissis, & c. & l. 2. var. res. cap. 12. n. 1. sed in calu dicit l. diffamari, is, qui eius remedium intētat, non fatetur debitum nec nititur iure suo, sed tātum se fundat super iure actoris, secundum gl. & Bald. ibi; Ergo non potest trahere diffamantem coram iudice suo; præfati igitur Doct. non bene citantur per Cagnol. vbi supra, pro contraria parte, quandoquidem loquuntur in terminis d. l. si contendat, non vero in specie dicit. leg. diffamari. Quinimo & in terminis dicitur doctrinæ Bart. modo citati reductio petenda est apud iudicem illius, contra quem petitur, argumento tex. in l. 2. C. vbi & apud quem: quo in loco Bartol. Angel. Salycet. & Paulus Castrenf. idem censentur tenere, dum ad hanc quæstionem illius constitutionis decisionem inducunt, & in terminis idem probauit Feder. de Senis cons. 285. final. in c. Quintanallus, de iur. iur. and. & Collect. in c. cum dilectus, in fin. de arbit. prout eos refert vltimo loco, ac proinde cum eisdem videtur transire D. Couar. lib. 2. var. res. cap. 12. nu. 1. in vers. contrariam sententiam, & præterea, quia qui petit reductionem, etsi aliqui esset futurus reus, in hoc tamen iudicio actor est & reuersionē iudicii petit; Ideoque eam petere debet apud iudicem illius, qui in hac reductiois quæstione vere reus est, vt constat ex d. l. 2. vbi si de repetendis tex. hæc ex vi transactionis tradita sunt, agatur per restitutionem in integrum, vel quacunq; aliam causam, coram iudice conuenu agendum est. hæc sunt, quæ pro parte hac adducimus.

Nihilominus, ꝑ his non obstantibus, contraria sententia in terminis etiam d. l. diffamari, necdum in specie d. l. si contendat, verior est, communis atq; magis recepta ac proinde tenenda, nempe, hanc controuersiam tractandam esse corâ eo iudice, qui cōpetens esset, si actio- ne vsus diffamator velit diffamatum cōuenire, cum attempta origine & naturali ipsius causæ cōditione, is, qui modo litem incipit, vere reus sit, argum. l. qui habent, ff. de iur. vbi ꝑ potius attendenda est naturalis causâ, quam accidentalit, per quem tex. hæc est cōmunis opinio, vt plures allegans testatur Ant. Gom. in l. 45. Taur. nu. 10. & inspecta ꝑ causâ originis diffamatus dicitur reus secund. Alex. consil. 103. vol. 5. quem refert & sequitur Aymon Crauet. consil. 182. nu. 2. dicens, ꝑ ad iudicandum, aliquem esse actorem vel reum, non est attendendū, ꝑ quis fuerit vocatus in iudicio, sed attendenda est eius petitio & originaria causâ: quod etiâ sequitur expresse decil. Pedemontan. 150. nu. 4. in fin. & num. 5. in princip. Secundo

14 Secundo eadem sententia probatur ex D. Ant. de But. & Abb. in cap. si quis contra clericum in elect. & in repet. nu. 2. de for. compe. tenentium, quod vbi quis potest ponere exceptiones, ibi potest intentare actionem.

15 Tertio ꝑ facit Doct. Bartol. in d. l. libertus, ff. de inuis. vocand. vbi voluit, quod licet quoad propositum editi de inuis. vocando libertus, qui prouocauit, dicatur fungi partibus actoris, & ideo veniam petere debeat, quoad alia tamen dicitur partes rei sustinere, quamuis volentarii: cuius doctrina in hoc communiter est approbata, vt constat ex D. Couar. d. c. 18. nu. 4. Sic igitur, qui ad reliqua est reus, coram suo iudice non vero coram iudice actoris præd. remedium intentare debet.

16 Quarto ꝑ pro hac parte est gloss. optima in d. l. vnic. verb. inuitus, vers. sed sicut queri, ibi, magis tamen puto, C. ut nemo inuitus ager. vel accus. cogatur, communiter ibi per Doct. approbata, vt testatur Octavian. dicit. decil. 150. nu. 5. & est singularis & ordinaria secund. Anton. Gomez in 3. tom. var. res. cap. de delict. num. 23. col. 2. quæ gl. limitat regulam eiusdem l. in specie d. l. diffamari. Si ergo citatus in casu d. l. cogitur agere, vt ibidem probatur cum cōmuni, cōsequitur, eum dici debere actorem & sequi forum rei ex præd. regula generali, quam supra adduximus, & ita Bal. in d. l. diffamari, appellat diffamatum reum & diffamantem actorem, & respōdet ad l. p. re. ff. de except. dol. mal. & ad regul. d. l. vnic. C. ut nemo inuit. & c. ut ibi per eum.

Quo fit, vt merito hanc secundam sententiam in terminis dicit. l. diffamari, probant Bald. ibi col. 2. & fin. num. 6. & 9. Abb. in d. cap. si quis contra clericum, nu. 2. in vers. & hoc puto procedere, & ibi Barb. nu. 6. idem Abb. in cap. ex parte, nu. 5. de restitut. spoliat. Ant. de But. in d. cap. si clericus laicum, & in cap. Quintanallus, col. antepen. de iur. iur. and. post Federic. de Senis, quos refert & sequitur Alexand. in dicit. consil. 103. Marian. Soc. in cap. cum sit generale, col. 2. de foro compe. Roman. consil. 412. Bart. Socin. consil. 94. lib. 3. num. 1. & 6. Nat. in repet. d. Clemen. sape, in principio, in vers. qui autem erit iudex, de verb. signific. Gomez in 5. præiudiciales, col. si circa fin. Insti. de actio. nib. Capitulus decil. 18. & Boer. in recte inspicitur dec. 255. nu. 7. & hanc testatur communem Cagn. in dicit. l. diffamari, vbi late agit, prout refert decil. Pedemontan. vbi supra, d. num. 4. qui etiam eam sequitur tanquam cōmuniem, & magis communem affirmas in fine decisionis, quod sic censuit Senatus, eandem sequitur opinatus eam esse magis communem D. Couar. vbi supra, d. cap. 18. nu. 5. circa fin. contra Paul. de Cast. & Matth. de Affl. vbi supra, dicit etiam communem Gregor. Lopez in l. 48. in 2. par. 3. in gl. al. juez del logar, & in fine gloss. inquit, videri hoc posse fundari ex ea l. ibi, p. uede yr al juez del logar, quia sic sentit de iudice rei diffamati: Ordinarius etenim iudex dicitur, qui est iudex rei cōueni- ti, & sic sub quo reus sortitur forum, vel ratione personæ vel ratione ipsius rei, de qua quæritur, iuxta gloss. verb. terminetur, & ibi Aluaro. in c. 1. §. fin. de prohib. feud. alien. per Federic. omnes in l. fin. ff. de iuris. d. l. etione omnium iudicium, Menoch. in respons. 1. causâ Fenariens. num. 25. & iterum in 2. respons. num. 41. & procedit præd. com- muni sententia sine scrupulo, si res, super quibus diffamatus iactauit se ius habere, sint in ditione iudicis diffamati, iuxta l. final. & ibi Doct. C. vbi in rem act. cum sim. ml. tradit post alios decil. Pedemont. vbi supra, nu. 12. Non obstant modo adducta supra fundamenta priorum partem: & non quidem primum, ꝑ habet, illum, qui primo prouocauit, haberi loco actoris: nam respōdeo, dictam regulam non habere locum in casu d. l. diffamari, iuxta gl. cōmuniter approbatam vt prædiximus in d. l. vnic. C. ut nemo inuit. & c. ex rationibus, de quib. supra.

17 Secundo respōdeo, diffamantem ꝑ dici primum, qui ad iudicium vocauit: eum diffamare sit ad iudicium pro-

nocare, secundum Bald. in dicta l. diffamari, col. 2. quem sequitur Ioannes Andreas ibi in addit. & alios referens Octavian. vbi supra, num. 8. vbi etiam ex Anania, quod diffamatus dicitur stimulari & impelli per diffamacionem. Tertio respondeo, ꝑ quod licet diffamatus respectu prouocacionis certo modo dicatur actor, id tamen large & improprie est, nec considerabile, quia ille, qui excipit, dicitur agere, licet large & improprie, vt in l. 1. ff. de except. Bart. in l. 1. in princ. C. de iuris. & fact. ignor. id quod late probat Octavian. vbi supra, num. 9. alios allegans. Vnde Decius in l. fauorabiliores, num. 2. ff. de regu- lis iuris, inquit, quod ꝑ licet reus efficiatur actor per accidens, vt quia prius cōparet & petit auctori perpetuum silentium imponi, non propterea efficiatur actor, sed habet prerogatiuas rei, ꝑ quem sequitur Aymon Craud. d. 2. consil. 82. nu. 2. & 3. addens, quod an ꝑ quis dicatur actor vel reus, cognoscitur ex actibus successiuis & perleue- rantia in iudicio, quod sequitur Octavian. dicit. num. 9. circa fin.

Non obstat & secundum fundamentum contrariæ partis, quoniam accessoriū sequitur naturam sui principalis, vt in regula iuris, & ideo iudex causæ principalis erit etiam competens & accessoria, & præterea iudex causæ preparata est competens preparatoria, vt videmus in actione ad exhibendum, & similibus; & ideo iudex exceptionis causæ principalis, erit etiam cōpetens; vt ob causam diffamacionis compellat diffamantē sub impositione perpetui silentii intra certum terminum, quem ei assignauerit, ius suum vel actionem, quam habet, in iudicio coram se proponat atque intenter, vt in casu d. l. diffamari: nõ etiam obest ratio differentiæ, quam supra considerauimus pro priori parte inter d. l. si contendat, & d. l. diffamari. Hæc siquidem ratio cōcludens minime est, quia licet in casu d. l. si contendat, fideiussores co- nueniunt, quod exceptionem proponit, ꝑ tacite videatur cō- fiteri debitum, ne cōueniatur in solidum, sed vt fiat diuisio inter alios fideiussores, non tamē ex hoc negatur, quin dispositio d. l. si contendat, locum habeat in quocunq; reo, habente exceptiones peremptorias secundum Alex. ibi, & Abb. in d. cap. si quis contra clericum, in 1. notat. & alios plures citatos per Cagnol. in d. l. diffamari, col. 2. vers. 6. ampliat. & sequitur decil. Pedemont. vbi supra, nu. 10. & tamen regulariter excipiens non videtur confiteri intentionem aduersarii, vt in c. exceptionem obiciens, de reg. iur. in 6. cum siml.

Non etiam obest, quod prædiximus ex opinione quorundam, reductionem sententiæ arbitraria petendam esse coram iudice illius, contra quem petitur: Contrarium ꝑ siquidem ex supradictis verius apparet, quod tenet expresse Bart. sequitur decil. Pedemont. vbi supra, nu. 5. & 11. quo fit, vt saltem in contraria opinione firmum fundamentum fieri non valeat contra magis cōmuniem nostram sententiam.

SVMARIA.

- 1 Pendente causa suspiciōnis propositæ contra tutorem vob curatorem, debet et interim administratio interdicti & alius in locum eius in administratione rerum ordinari.
- 2 Fallit, si tutor sit cōiuncta persona, & ideo non remouendus: non enim tunc inter dicitur sibi licet pendente administratione, sed alius adiungitur eidem, qui coad- iutor appellatur, & ambo administrat, vt in n. 3. & 4.
- 3 Mater per transitum ad secundas nuptias amittit iustitiam filiorum suorum ex ratione, de qua hic.
- 4 Mater etiam in testamento non potest dare tutorem filiis suis, quia eos non habet in potestate.
- 5 Mater in transitu ad secundas nuptias, tenetur prius per- rere tutorem filijs suis, rationemque iuncta reddere, & quod ex ea debuerit persolvere: quod necdum proce-